ad istam provinciam in qua non parvum et populum acquisivi. Si crederet gemine in crucis pusillum. Longe iam altius sapiet sublimiusque loquitur. Certe dum eum putat egestas crucis supplicium, misterium non est. Ita attende magis in verbo hoc, et libere clamat: Ego si patibulum crucis expavescerem, crucis gloriam non predicarem. Ait ubi paratum sibi lignum intuitus est. Ex hoc iam plane totus ignescens applaudebat et blandiebatur illi amate sue affectuosissime, salutabat devotissime, suspiciebat magnifice, attollebat eam et ipsius preconio glorificabat, clamans magis affectione quam voce: Salve crux speciosa, que decorem et pulchritudinem de membris domini accepisti. Salve crux que in corpore Christi dedicata es et ex membris eius tamquam margaritis ornata. Proinde crucis amatores veniunt quicumque sunt servi crucis. Sed ab aliis ampliorem devotionem exigit qui specialius professi sunt tollere crucem suam. Vobis hec et de vobis dico, fratres mei, qui non surda aure audistis illam evangelicam tubam: Qui non baiulat crucem suam et sequitur me, non potest meus esse discipulus. Parati estote totam animi diligentiam huic adhibere solempnitati et tanto magis celebrare eam quo magnus omnino consolationis pariter et exhortationis thesaurus nobis repositus est in ea, si fuerit qui fodiat et scrutetur.

In die sancti Andree apostoli de nudis piscibus. Sermo lxi.

Celebramus hodie gloriosum beati Andree triumphum in verbis gratie que procedebant de ore eius, exultantes et delectati summopere. Nimirum locus non poterat esse tristitie ubi tam vehementer letabatur et ipse. Nemo ex nobis compassus est sic patienti, nemo ausus est plangere exultantem. Alioquin et nobis ipse non incongrue dicere poterat quod salvator crucem baiulans sequentibus se et lugentibus ait: Filie Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete. Denique cum duceretur ipse beatus Andreas ad crucem, populus qui sanctum et iustum dolebat iniuste dampnari prohibere voluit ne puniret, sed magis ipse instantissima prece prohibuit ut eum mitterent. Desiderabat siquidem dissolvi et esse cum Christo, sed in cruce quam semper amaverat desiderabat regnum intrare, sed per patibulum. Quid enim dicit illi amate sue? Per te inquit me recipiat qui per te me redemit. Ergo si diligimus eum, congaudeamus illi, et non solum quia coronatus sed et quia crucifixus, quia desiderium anime eius tribuit ei dominus et posuit in capite eius coronam de lapide precioso. Verumtamen diu regnum tulerit et quod diu desideravit crucis sinu meretur amplexu, minus valde est si non ipsum eius morientis gaudium congratulamur. Dum enim noctis huius vigilias celebramus in verbis tante exultationis tantaque delectatione, putamus non fuit in nobis qui secum cogitaret et diceret: Quid sibi vult hec et unde tam nova letitia? Certe et crux preciosa est et crux amari potest et crux habet exultationem. Ita est, fratres mei, si fuerit qui intelligat. Semper lignum crucis vitam germinat, fructificat iocunditatem, oleum letitie stillat, balsamum sudat spiritualium carismatum. Non est silvestris arbor, lignum vite est apprehendentibus eam. Arbor salutifera est, alioquin quo dominum meum occuparet

terram illam dicere possumus glebam cui clavus est infixa videlicet si non esset hec preciosior cunctis fructuosior universis nunquam ille plantaret in eo nec illam permitteret vineam occupare. Denique quid mirum si crucis suavitatem videt qui videt et ignem aut quomodo crux videatur insipida ubi dulce sapit et flamma. Quid enim sapiebat laurencio ignis ille cum rideret carnifices et iudicem subsannaret. Quid nos ad istud dicemus fratres quod non sapit etiam nobis que pro christo est tribulatio nec gustamus et nos manna absconditum. Sic enim victus esset omnino dyabolus nec haberet penitus quod auferret. Sufficiet nobis hoc unum adversus duplicem maliciam inimici. Habet quippe nequissimus ille laqueos habet et iacula utpote callidissimus venator hominum solum siciens sanguinem animarum. Alios aliis appetit malicio se cuiuslibet seductionis et in eis vulnerat multos quorum tenuis est paciencia. Alios voluptatibus irretire laborat et in hiis includit multitudinem copiosam eorum qui in terram repunt aut volutantur. Sic ergo gaudium in tribulatione et iam non habet malignus unde illaqueat non habet unde deiciat. Liberati sumus a laqueo venantium et a verbo aspero. Michi enim proficiet timoris in eo quod crux christi delectatur. Si carnalem suggesserit delectationem et falsas suavitates non apponet nocere. Et si ad exasperandum animum eius qualibet immittere temptaverit amaritudinem non curat dilectus qui crimine pascitur multo minus murmurare poterit pro eo in quo etiam delectatur. Posuit plane altissimum refugium suum ubi nec muscipula inimici timenda sit nec sagitta. Porro hic mundus piscis est squamas pariter et pennulas habens. Porro sicut frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum sic frustra iacitur telum in squamas loricatorum. Huiusmodi siquidem pisces mundos esse legalis sanctio indicat quicumque pennis levantur et proteguntur squamis sive illi in mari sint sive in flumine sive in stagno. Habet enim etiam hoc mare magnum et spaciosum pisces mundos et divina dignos mensa quia ex hiis qui seculi latitudinem habitant utique nec sunt relicti sibi multa milia quos apostolica sagena trahit ut cum educta fuerit segregent a malis ubi sine scandalo et hec noster piscator hominum qui totum mare post se ad littus trahit. Habet et flumen pisces mundos quicumque inter dispensatores fideles inveniuntur. Flumen quippe est prelatorum ordo non eodem permanens loco sed extendens se et currens ut diversas irriget terras. Sunt et in stagnis mundi pisces qui in claustris serviunt deo in spiritu et veritate. Revera siquidem stagnis monasteria comparantur ubi quodammodo inclusi pisces evagandi non habent libertatem. Quo videlicet pasti sunt semper ad epulas spirituales dantes singuli intra se quousque veniet qui me deferat cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Porro ut de lege superius meminimus sive in mari sive in flumine sive in stagno illi mundi sunt pisces qui squamas et pennulas habent. Sunt squame multe sed una ex eis quodammodo latior extenditur quia una est paciencie

virtutes licet singulis tribulationibus exhibere singulas videamur. Jam vero
sicut squamas ad patientiam, sic pennulas quoque ad hilaritatem adtinere non in
congrue posse referri. Hilaritas quippe levat et sublevat, ut pennulas quas
dam dare videatur in illo quemquem exhilarat. Sane ut duas pennas habe
mus, duplex nobis hilaritas querenda est et forte propterea docet apostolus.
Ille enim vere pennas habebat quibus et in tercium usque celum raptus est et vola
vit etiam in paradisum, non solum gloriari in spe sed etiam gloriari in tribulatio
nibus. Prorsus sublime volat quisquis ille est qui non modo futurorum ex
pectatione bonorum sed presentium quoque malorum exhibitione ipsa delectatur, ita ut
in ea etiam glorietur. Talem habere meminimus beatum apostolum, talem in Andream videre me
ruimus. Unde et triplicem licet considerare gradum incipientium, proficienti
um, perfectorum. Initium enim sapientie timor domini, medium spes, caritas plenitudo.
Denique apostolum audi, quia plenitudo legis est caritas. Qui initiatur a timore cru
cem Christi sustinet patienter; qui proficit in spe portat libenter; qui consummatur
in caritate amplectitur iam ardenter. Solus iste est qui dicere possit: O quam ama
tor tuus fui semper et desideravi amplecti te. Longe est vox ista ab eo qui
sustinet quidem, sed optaret utique si posset fieri non venisse in horam hanc.
Denique si non videtur convenire, longe est ab ea vere Petrus. Si fieri potest
transeat a me calix iste. Quid enim? Certe super azellam ascenderunt et ut me
hor (?) quidem hostibus relinquerentur. Agnosco plane in duce belli pusillanimitatem
predicationem, agnosco spiritu ventrem in medicis, agnosco infirmantium gallinam inter
pullos. Considero caritatem, stupeo miserationem, expavesco dignationem. Austeri (?)
tris domine non beati Andree robustum sibi suscepit affectum, quia non est sanis opus
medicus sed male habentibus. Si que (?) forte dignatio sodalis (?) plane mere
tur audire: rectus (?) oculus tuus nequam est quia ego bonus sum. Habe enim ad eum in
movementem. Quid magnum fuerat domine Jhesu si accedente hora propter quam ve
neras intrepidus stares, tanquam qui potestatem habebas ponendi animam tuam
et nemo tollebat eam a te? Aut non gloriosius fuit quod quidem totum propter
nos agebatur, ut non modo passio corporis sed etiam cordis affectio pro nobis fi
eret, ut quos vivificabat mors tua nichilominus trepidatio robustos et
mestitia letos et tedium alacres et turbatio quietos faceret et desolatio con
solatos? Lego quidem in Lazari resuscitatione quia infremuit spiritu et turbavit
semetipsum. Sed esto interim quia seipsum turbavit non conditionis necessitate sed sue
beneplacito voluntatis. Nunc autem aliquid etiam amplius audio. Ipsum adeo siquidem preva
luit ea que fortis est ut mors dilectio, ut Christum dei angelus confortaret. Quis
que est? Evangelistam audi: Apparuit inquit angelus confortans eum. Quem eum? Plane
eum cui nascituro clausus patuit virginis uterus, cuius iussu aqua in vinum
mutata est, cuius tactu lepra fugata est, sub cuius plantis solidum mare sta
tit, ad cuius vocem mortui surrexerunt. Denique eum qui portat omnia verbo vir
tutis sue, per quem facta sunt omnia, per quem universa subsistunt, etiam et ange
lus ipse. Et quid dicimus quia minus enim mirarer si non penitus esset indici

bile Confortamur ergo eum cum nec ipse quidem confortatori suus capere potest ut ma-
iestate Rogo te angele qui consolaris an ignorabas quis esset ad quem consolandum
veniebas? Certe consolator est certe paraclitus est alioquin non diceret alium paraclitum
a patre mittendum apostolis si non esset et ipse paraclitus. Denique agnosco et in hoc ipso pa-
raclitum maximum quem prope fit hiis qui tribulato sunt corde. Non desperabo itaque etiam
si molesta michi videatur tribulatio quam patior. Etiam si pusillanimis sum etiam si
desiderio ut sufficiunt mihi ... non despero usquequaque dummodo addam et ipse verum
tamen non sicut ego volo sed sicut tu. Didici etiam ex hoc ipso non ad carnale
sive cadavum recurrere consolationes sed ad angelicam sed ad spiritualem sed ad ce-
lestem. Sic plane dummodo non murmurem. Id enim penitus separet a te si non
citius resipiscerem. Non timeo etiam si opus habeo consolari quidem agnos-
co veritatem meam in salvatore et de salute desperem. Plane in patientia mea pos-
sidebo animam meam veritatem proficere volo si possim nec statim adepta salu-
te esse contentus qui timet deum ait sapiens faciet bona. Sed parum est scriptum
est enim Declina a malo et fac bonum inquire pacem et persequere eam. Noli esse
salute contentus quere pacem ne tibi sit in periculo etiam salus ipsa. Audi ergo an-
gelum nato eo qui factus est pax nostra exultantem atque canentem pax in terra
hominibus bone voluntatis. Que autem bona nisi ordinata voluntas que utique illa
est inquies? Profecto que cum consentanea est dicenti quia non sunt condigne pas-
siones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Hec si iam senti-
re cepisti haud dubium quin libere feras exire domum et dicis paratus sum et non
sum turbatus ut custodiam mandata tua. Porro si vis esse perfectus unum ad-
huc tibi est necessarium. Quid illud inquies? Profecto gaudium in spiritu sancto. Siquidem
et is qui timore cohibetur et patiens est et qui in re spei dilatatur dives et
benivolus est nisi fuerit etiam fervens spiritu facile labi potest. Porro quod per
spiritum diffunditur caritas et patiens et benigna est et quod est amplius nimium exce-
dit. In primo denique mandato quod parentibus nostris datum est si diligenter consideres
et Evam patientem et Adam benivolum fuisse videbis quia tamen utrique tenuit legem
quod stabilis non erat ille vel illa gaudio. Videt mulier lignum ait scriptura quod es-
set pulchrum visu et ad vescendum suave. Non sibi videtur lex gravis nimium
Sic et ubi a serpente interrogata est vide si non manifestius sonat verbum eius
molestum et fuisse mandatum Ex omni inquit ligno paradisi comedimus de ligno
autem scientie boni et mali dixit nobis ne comederemus. Non dixit sic est voluntas
creatoris quare sic ipse novit nobis sufficit obedire quia bonum nostrum in volunta-
te eius. Itaque facile seducta est mulier et promissionem credidit et acquievit
persuasioni. Vir autem non seductus est sed seducte suo mulieris amore optinuit
enim semper servare mandatum quod sibi utile noverat si non mulier et aliud sua-
deret nec aliqua in servando mandato visus est pati difficultatem sed quia
bona erat voluntas non habuit fortitudinem quia non habuit fervorem. Fortis quip-
pe est ut mors non patientia aut spes sed dilectio non timor aut ratio sed spi-
ritus fortitudinis est. Dicit patientia sic oportet fieri quia timore ingeretur—

dicit volumus bona sic expedit et sic agendum est quia sic ipse attendit utilitatem
Cantus vero que insinuatur a spiritu neque sic oportet dicit neque sic expedit sed
sic volo magis sic cupio sic desidero vehementer. Videtis quam sublimis vi
detis quanta securitas quanta suavitas virtutis. Felix anima que adhuc pervene
rit statum nec tamen desperandum nobis quandoquidem eius qui pervenit ob hoc maxi
me memoria celebratur ut ipsius et inveniamus auxilium et provocemur exemplo.
Plus dico et ex vobis non nullos videre michi videor in hoc gradu. Si dicis be
atum Andream apostolum esse non posse te pusillus es eius sequere vestigia precedat
ut eos qui tecum sunt non imiteris. Nemo repente fit summus. Ascendendo non
volando apprehenditur summitas scale. Ascendamus ergo velut duobus quibus
dam pedibus meditatione et oratione. Meditatio quidem docet quid desit ora
tio ne desit optinet. Illa viam ostendit ista deducit. Meditatione siquidem agno
scimus imminentia nobis pericula oratione evadimus prestante domino nostro Ihesu Christo.

Item eodem die sancti Andree. Sermo lxij.

Beati Andree apostoli solempnitatem hodie celebrantes quasi pro sollicitu
dine pascentium multa invenimus in ea que edificent animas nostras. In
ipsa siquidem conversione sua tam magnum nobis perfecte obediencie
prestat exemplum quod quidem christianis omnibus necessarium nobis est tamen magis
amplectendum qui nimirum specialiter ex ipsa professione nostra tenemur obedi
encie debitores. Sapiens mundanus est ymmo ipsa sapiencia cui necesse
habemus reddere hanc obediencie munus nec suscipiet eum nisi et integrum sinc
eritate et sine aliqua falsitate. Nam si distrahimus dividimus et in hoc quidem
proprio obedimus sed non in illo fractum est munus non suscipiet eum Christus a quo
nimirum tenemur munus integri debitores. Omnes enim obedienciam simpliciter et sine
ulla exceptione promisimus. Et si quis obediat quidem sed simulatorie et
ad oculum murmuret aut in abscondito falsum est munus eius plumbum habet
non argentum et iniquitas sedet super talentum plumbi dolose agit sed in conspectu
dei quem deus non irridet. Vis audire perfecte obediencie formam? Videt dominus
ait evangelista Petrum et Andream mittentes rethe in mare et ait illis: Ve
nite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Faciam inquit de piscatori
bus piscatores ymmo predicatores. At illi continuo nichil iudicantes nichil
hesitantes non solliciti unde viverent non considerantes quo rudes homines et sim
plices predicatores fieri possent nichil denique interrogantes sine omni mora
relictis retibus et navi secuti sunt eum. Agnoscite fratres quam ipsi nos semp
ter sunt singulis annis in ecclesia recitantur ut discamus vere obediencie formam
consistere credamus non in obediencia virtutis hec nimirum est que sola obedien
ne commendat munus hec iuste augetur est probatum atque purgatum sola est
virtus que obedienciam gratam facit et acceptabilem deo. Hilarem enim da
torem diligit deus. Et item: Si tradidero inquit corpus meum ita ut ardeam ca
ritatem autem non habeam nichil michi prodest. Velles autem de ipsa quoque be
ati apostoli huius passione quam nimirum hodie celebramus loquamur aliquid ad

laudem xpi et edificationem verum. Audistis certe cum peruenisset beatus andreas
ad locum ubi crux parata erat quam confectam fuisse in domo et per spiritum que una cum
ceteris apostolis in igneis linguis acceperat verba uelut ignea loqueretur. Videns ergo
paratam eminus crucem nequaquam ut exigere videtur mortalis infirmitas fa-
cies eius expalluit nequaquam sanguis eius gelatus est non steterunt come aut
vox faucibus hesit non contremuit corpus non mens turbata est non recessit
ut assolet intellectus ex habundantia cordis os locutum est et caritas qua
feruebat in corde quasi scintillas quasdam ardentissimas emittebat in verba quod
enim beatus andreas iam sibi paratam ut dixi crucem eminus cernens loquebatur
O crux inquit diu desiderata et iam concupiscenti animo preparata securus et gau-
dens venio ad te ita ut et tu exultans suscipias me discipulum eius qui pepen-
dit in te quia amator tuus semper fui et desideraui te amplecti. Obsecro fratres homo
est qui loquitur hec an non est homo sed angelus aut noua aliqua creatura. Est ho-
mo plane similis nobis passibilis iam passibilem eum passio ipsa testatur qua ap-
propinquante iam letabundus exultat. Vnde ergo in homine noua hec exulta-
cio et leticia hactenus inaudita unde constantia singularis tanta constantia
vnde in homine tam spiritualis mens tam feruens caritas animus tam robustus.
Non sic ut a se ipso tantummodo credimus inesse virtute donum perfectum est descen-
dens a patre luminum. Ab eo utique qui facit mirabilia magna solus plane spiritus
erat dilectissimi qui adiuuabat infirmitatem eius per quem diffundebatur in corde
ipsius caritas fortis ut mors immo et fortior morte cuius ostio et nos propter
infirmitatem tamen molestus est nobis penitencie labor corpus affligere grauius
abstinentia onerosa vigiliis dormitur autem precibus nec ob aliud sane quam
propter inopiam spiritus. Ipse enim si adesset adiuuaret sine dubio infirmitatem nostram
et sicut beato andree crucem et mortem ipsam sic nobis quoque laborem et peniten-
ciam faceret non solum non molestam sed etiam desiderabilem atque omni delecta-
bilem esse. Spiritus enim meus ait dominus super mel dulcis iturum ne ipsa quidem dul-
cedinem eius preualere queat amarissima licet mortis amaritudo. Quomodo non te-
pabit illa dulcedo que mortem quoque facit esse dulcissimam que resistere pos-
sit asperitas unctioni illi que mortem quoque facit suauissimam. Cum dederit autem
dilectis suis sompnum ecce hereditas domini quia molestiam non expellit gaudium illud
quam morte quoque ipsam facit esse letam. Querimus hunc spiritum fratres tam sol-
licitudine operam demus ut mereamur habere hunc spiritum immo ut quem iam habemus
habundancius habeamus quoniam enim spiritum xpi non habet hic non est eius. Nos autem non
accepimus spiritum mundi huius sed spiritum qui ex deo est ut sciamus que a deo donata
sunt nobis testimonium perhibet eius perhibent opera ipsa salutis et vite que nullatenus
agere possemus nisi spiritus qui infirmitatem spiritus salutaris adesset. Oremus igitur
ut dona sua multiplicet in nobis et spiritum suum augeat qui iam primicias dedit
nullum enim presencie eius certius testimonium est quam desiderium gracie am-
plioris quod ipse dicit qui edunt me adhuc esurient et qui bibunt me ad-
huc sicient. Sed sufficere nobis videtur in consideracione iam respondent desid-

rimus quidem hunc spiritum qui sic adiuvet infirmitatem nostram sed invenire non pos-
sumus. Et ergo dico propterea non invenitis quia non petitis petitis et non accipitis
eo quod negligenter petatis. Nichil enim aliud expetit nichil aliud queri-
tur nisi ut sedule et cum desiderio requiratur. Denique christus invigilabat peten-
tibus qui etiam non petentes provocat et hortatur ut petant. Si vos inquit cum
sitis mali nostis bona data dare filiis vestris quanto magis pater vester de celo dabit
spiritum bonum petentibus se. Petite ergo fratres petite sine intermissione petite sine he-
sitatione et in omnibus vestris dulcissimi semper huius ac suavissimi spiritus presen-
tiam et auxilium invocate. Et nos ergo fratres nostram habemus cum beato Andrea
tollere crucem nostram, primo cum eo quem et ipse secutus est domino salvatore. Inde enim
sic lambebat inde sic exultabat quod non solum pro eo sed et cum eo mori videretur
et complantari similitudini mortis eius ut compatiens etiam conregnaret. Cum quo
ut simul crucifigamur et nos attentis auribus audiamus vocem dicentis qui vult
venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.
Ac si dicat qui me desiderat se despiciat qui vult facere voluntatem meam
discat frangere suam. Sed continuo bella insurgunt acriter adversum nos
pugnamus timor et nos timemus crucis sed intendimus unius regis nostri ut vel-
lamus et nos crucem nostram in qua de inimicis omnibus triumphemus. Audi enim
quid psalmista promittit primo spiritus sancti per os eius. Scuto inquit circumdabit
te veritas eius. Haud dubium quin altissimi de eo siquidem loquebatur sicut ma-
nifeste indicant ipsius psalmi precedentia verba. Ad quid fratres scuto cir-
cumdamur nisi quia nos undique mala circumdant. Denique quid tenet ut te
scuto circumdet attende. Scuto inquit circumdabit te veritas eius. Ad quid enim?
Non timebis inquit a timore nocturno a sagitta volante in die a negotio per-
ambulante in tenebris ab incursu et demonio meridiano. Vides nempe quam necesse sit
ut scuto circumdet veritas quem sic hostium tela circumdant. Ab inferiori enim
parte timor nocturnus insurgit a sinistris sagitta volans in die a dextris
perambulat negotium tenebrosum et ut nichil sit vacuum a superiori parte
demonium meridianum occurrit. Nos autem miseri et miserabiles inermes
tot sagittis et telis igneis undique vallati et insurgentibus inimicis nichi-
lominus periculosissima securitate et negligentia dormitamus et torpe-
mus otio vanitatibus et secularibus indulgemus et tam pigri ad spiritua-
lia exercitia ac si iam pax sit et securitas et non sit militia vita hominis
super terram. Hoc est dico vobis fratres quod me vehementius terret et cor
timoris acutissimi gladio transverberat animam meam quod inter tanta peri-
cula minus timeatis minus exerceamini minus quam necesse sit solliciti videamini.
Siquidem unum e duobus hec ipsa negligentia nostra probat aut nos traditos
nos hostibus et insuper aut si inter hec consistamus et qui tuetur nos ingratos
minime dormire quorum utrumque quid periculi habeat satis est manifestum.
Propterea obsecro vos dilectissimi ipsa nos excitet hostium malicia pugnantium
et instantia eorum maligna qui tam sedule tam solliciti sunt circuitu ponere

nosque sollicitos faciat et circumspectos ut in timore et tremore nostram ipsorum salutem operemur. Ecce in cruce salus nostra tamen et si videtur inhaerentibus verbum crucis ut apostolus pereuntibus quidem stultitia his autem qui salvi fiunt id est nobis dei virtus est. Ipsa est scutum quo accingimur ut eius munimine communiti quadrifaria hostium tela expellant. Sit ergo in ... timere nocturnum id est adversus pusillanimitatem que de afflictione carnis procedit ut id quod sub nobis est corpus castigare volentes studeamus subire servituti. Si quis vero nobis in sinistra maledicit si quis in capite mala suadere conatur in die velut sagitta et a sinistris est maledicentium scutum sinistro crucis expediat. Et si adulator si quis consentientes alios venenum propinat sinister ne detractionis et odium seminare conatur si denique aliquid tamquam iustum persuadere temptat a dextris michi est iste sed iudas eius osculo me prodit. Et dextro crucis negotium perambulantis in tenebris necesse est propulsare. Sed et ecce demonium meridianum superbie id est spiritus qui nimium in maiori splendore virtutum acrius insurgere solet. Hec autem quam periculosa sit sepius vobis intimare curavimus. Initium quippe omnis peccati et causa totius perditionis superbia est. Propterea quisquis es qui salutem tuam operari studes adversus hanc super caput crucis cornu hoc memento ut non elevetur in superbiam non exaltet cor tuum ne ambules in magnis atque in mirabilibus super te sed tela ea que de sublimi veniunt supereminens capitis tuo crucis cornu excipiat. Sane hec salus est cum salutis pater et rex in titulo inscribitur quia solus qui se humiliat salvari et exaltari meretur. Ita ut breviter repetam quatuor hec commendat continentia patientia prudentia et humilitas. Felix anima que in hac cruce gloriatur in hac cruce triumphat tam ut perseveret in ea et nullis valeat temptationibus deici. Oret ergo quisquis in hac cruce est oret cum beato Andrea dicens et magis sed ne patiaris eum de cruce deponi. Quid enim malignus ille non audeat quid non presumat in ... temptare quod ergo manibus de discipulo hec iudicium linguis fuerat ... de Christo. In utroque tamen sanctum perseverantia ductus victus et confusus abiisse ut abeat et sileat et a nobis ... vincere que et ipse et in discipulo triumphavit faciat ipse ut ... et nos in hac nostra gloriemur cruce penitentie quam pro ipso nomine tollimus fideliter consummare qui est super omnia deus benedictus in secula amen.

In obitu venerandi patris Humberti. Sermo lxvi.

Humbertus famulus dei mortuus est. Deus meus famulo servus fidelis spiritualis que nocte preterita inter manus vestras expiravit tamquam unus ex vermiculis fit. Per hoc triduum fatigatur cum morsus et ... est intus fervens scilicet sanaret sanguinem quem sitivit. Ipsa fecit. Quo potuit occidit mentem et ecce intenditur et in corde. Sic separavit a nobis dulcem amicum prudentem consilium auxilium forte. Nec michi nec vobis pepercit insatiabilis homicida. Michi autem minus. Sed tamen sepius amara mors o bestia crudelis o amaritudo amarissima o terror et horror filiorum adam quid fecisti? Occidisti possedisti. Sed quid? Carnem utique solam. Animam enim non habes

de [illegible] morte